

tiones instituerunt, ut idolis sacra facientes sanitatem vel alia petita impetrarent, & interdum voti quoq; compotes facti fuerunt.

Sozomenus l. 2. c. 5. agrotos, qui se ad Æsculapij templum contulerunt, in eoq; pernoctarunt, sanitatem reportasse scribit.

XLIX.

Ita Pontificios ad certa loca se vovere, & interdum sanitatem reportare testatur experientia.

Actione 4. Synodi septime Iconolatrica narratur miraculum, quod S. Anastasius apparuerit Mulieri paralytica & dixerit: Descende ad Tetrapylum, sanctiq; Anastasij intercessionem apud Deum posce, qua ad templum illud delata, cum sancti imaginem conspicaretur dixit: hic est qui in somnis apparuit. Et in terram se prosternens, & Martyrem flebilibus orationibus placans, sana surrexit. Et alius quidam addit, mulierculam obsessam, Romæ ad imaginem S. Anastasij sanctam.

L.

22. Sicut Ethnici adversus fulmina cereas imagines gestarunt:

LI. up; poup i; dno; si

Ita Pontificij ad hunc usum agnos Dei secum gestant.

Testantur orationes quibus consecrantur imagines illæ, agnos Dei representantes.

LII.

23. Sicut Ethnici peregrinationes suas, peculiaribus ceremoniis interdum his, interdum illis perfecerunt:

Arnobius libro 8. scribit: Romanos cruda hyeme nudos discurrere, scuta vetera circumferre.

Justinus apolog. 2. alios coma sordida veste lacera, & absq; lotionibus simulachra adorasse.

Cum sacra fiebant Feste in Junio; matrone ad illius templum nudis pedibus iverunt.

De Lupercis legitur, quod in festo suo 15. Febr. celebrato mactatis capris, ex pellibus earum scuticas fecerunt, & subligaculis pracincti reliquo corpore nudi discurrerunt, & obvios quosq; verberarunt. Mulieres eorum ietus libenter susceperunt, quod ad conceptionem & pariendi facilitatem eos conducere arbitrarentur.

Ita